CURRENDA 1.

ex anno 1861.

Venerabili Clero Diœcesano, Salutem in Domino!

Nro. 1665. Święto ś. Patryciusza podniesione a ritu semiduplici ad ritum duplicem.

Decretum, quo festum S. Patritii Episcopi Confessoris atque Hiberniæ Patroni ad ritum duplicem pro universali Ecclesia elevatum est, Venerabili Clero Diœcesano in sequentibus communicatur per totum suum tenorem:

Decretum Urbis et Orbis.

Quum Archiepiscopi atque Episcopi omnes Hiberniæ Anno MDCCCLIV. Dublini congregati a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX. humillime postulaverint, ut festum S. Patritii Episcopi Confessoris, atque Hiberniæ Patroni, quod in Breviario Romano ritu semiduplici notatur die XVII. Martii, ad ritum duplicem pro universa Ecclesia catholica elevare dignaretur; Emi. ac Rmi. Patres Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando in generalibus Comitiis eodem anno habitis die XXI. Julii censuerunt supplicandum Sanctissimo pro gratia.

Hanc vero Sacri Concilii sententiam quum, instante nuper novis precibus Archiepiscopo Dublinensi Sanctitas sua benigne exceperit, jussit ut Festum Sancti Patritii Episcopi Confessoris die XVII. Martii eodem modo recolatur in Universa Ecclesia ritu duplici minori, præsensque a Sacra Rituum Congregatione edi Decretum, ac promulgari mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die XII. Maji MDCCCLIX. *C. Episc. Albanen. Card. Patrizi S. R. C. Præf. H. Capalti S. R. C. Secretarius.*

Premisliæ, die 11. Octobris 1860.

Nro. 1695. O Przeniesieniu święta Niepokalanego Poczęcia Najświętszej Maryi Panny na Poniedziałek, jeśliby w Niedzielę przypadło.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. festum Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ, si in Dominicam secundam Adventus inciderit, in feriam secundam immediate sequentem transferendum esse decrevit. Quod Decretum in sequentibus Venerabili Clero Diœcesano per extensum communicatur:

Decretum Urbis et Orbis.

Postquam Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. Anno 1854. Dogma de Immaculata Beatæ Mariæ Virginis Conceptione, universo plaudente Orbe Catholico, selemniter proclamavit, vetus Christifidelium pietas erga splendidissimum istud Deiparæ privilegium, nova veluti addita flamma, adeo exarsit, ut si hoc festum nequeat VI. Idus Decembris, quæ propria est ipsius dies, ob occursum Dominicæ secundæ Adventus celebrari, vehementer doleant diu quandoque protrahi debere.

Communibus itaque Cleri, populique fidelis votis Sanctitas Sua satisfacere cupiens, quod de duobus aliis Beatissimæ Dei Genitricis Festis, Purificatione et Annuntiatione a Sacra Rituum Congregatione cautum est Decreto Urbis et Orbis diei 20. Julii Anni 1748, ad festum quoque Conceptionis extendere dignata est, ac proinde jussit, ut quibus Annis prædictum festum occurrerit in Dominica secunda Adventus, transferendum sit in Feriam secundam immediate sequentem, quocumque festo etiam æqualis, non tamen altioris ritus in eam incidente.

Hoc autem Decretum promulgari, atque in generalibus Calendarii Romani rubricis adjici voluit Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 24. Maji 1860.

C. Episcopus Albanen. Card. Patrizi S. R. C. Præf. H. Capalti, S. R. C. Secretarius.

Premisliæ, die 11. Octobris 1860.

Nro. 1743. Wezwanie do składki na Chrześcian w Syryi.

Literis Circularibus ddt. 1. Septembris a. c. (typ. impr.) sistendo atrocissimas calamitates ab infensissimis Christiani nominis hostibus per Syriacas regiones fidelibus Christianis illatas, horumque miserrimum in præsenti statum, Venerabilem Clerum ad promovendas efficaciter collectas pro hisce infelicibus in c. r. Imperio Austriaco permissas, ac per Vicarium Generalem

Episcopi Zahlensis R. Mosen Makhat instituendas provocavimus. Quum tamen idem Vicarius Generalis literis sub 30. Augusti a. c. ad omnes Archiepiscopos et Episcopos Imperii Austriaci missis urgentes necessitates innumeræ viduarum ac orphanorum multitudinis lacrymando exponat, et enixe precetur, ut, quum ipsi impossibile sit, brevi hoc, quod pro faciendis collectis impertitum est, temporis spatio omnia Amplæ Monarchiæ circumire concessionata loca, collecta hæc per Venerabilem Clerum Curatum in qualibet Diœcesi effectuetur, et quotæ collectæ ad Ordinariatum et inde ad prædictum Vicarium Generalem transmittantur; quum porro Excellentissimus Nuntius Apostolicus Viennæ literis ddto 1. Septembris a. c. hanc collectam impensissime commendat: ideo in nexu Nostrarum literarum Circularium ddto 1. Septembris a. c. provocamus peramanter Venerabilem Clerum, ut mox acceptis hisce literis collectam pro infelicibus Syriæ Christianis instituere, et quotas collectas pro ulteriori transmissione horsum immittere velit.

Premisliæ, die 11. Octobris 1860.

Nro. 1719. Laut Erlasses des h. k. k. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 10. l. M. Zl. 11424 sind im Einvernehmen mit dem h. k. k. Finanz-Ministerium in Ansehung der Erfordernisse zur Umschreibung und Devinkulirung der Staats-Obligazionen, welche als ein Eigenthum von Kirchen, kirchlichen Anstalten, Stiftungen und Pfründen sich darstellen, jene Vorschriften für maßgebend erklärt worden, die zu folge dieser Ministerial-Verordnung vom 20. Juni 1860 (R. G. B. N. 162) bei der Veräußerung kirchlicher Güter zur Richtschnur zu dienen haben, weil die in folge der Umschreibung ausgefertigte neue Schuld-Verschreibung eine von der in der alten Obligazion genannten, verschiedene physische oder moralische Person als Eigenthümer bezeichnet, und die Devinkulirung in der Regel nur zu dem Zwecke angestrebt wird, um mit einem durch die Staats-Obligazionen repräsentirten Kapitale, dessen Erträgniß zu einem bestimmten Zwecke gewidmet ist, frei verfügen, dasselbe in einer mit dem bisherigen Vinkulum der Staats-Obligazion nicht im Einklange stehenden Richtung verwenden zu können.

Hiernach hat das h. k. k. Finanz-Ministerium die k. k. Staatsschulden-Direktion unter dem 30. Juli 1860 Z. 44102 angewiesen, die Umschreibung und Freischreibung der Staats-Obligazionen, welche zu dem Eigenthume einer Kirche, kirchlichen Anstalt, Stiftung oder Pfründe gehören, nur dann zu veranlassen, wenn nach Maßgabe der bezogenen Ministerial-Verordnung die Erklärung der betreffenden politischen Landesstelle beigebracht wird, daß den besonderen, über die Veräußerung des Kirchengutes bestehenden Vorschriften genügt worden sei.

Was ferner jene Fälle anbelangt, in denen die irthümliche Vinkulirung (oder Intestirung) einer Staats-Obligazion zu berichtigen kömmt, so sollte sachgemäß auch zu solchen Berichtigungen die Nachweisung der zur Umschreibung oder Devinkulirung erforderlichen Förmlichkeiten in Anspruch genommen werden, was allezeit geschieht, wenn die Berichtigung der Intestirung oder des Vinkulums zu Gunsten eines Privaten gefordert wird.

Damit aber die Behörden mit den Herr- und Hinsenden der irrig intestirten oder vinkulirten Staats-Obligationen, und die Kassen mit der Ausfertigung und Inkontrirung neuer Schuldverschreibungen nicht über das Maß unausweichlicher Nothwendigkeit belästiget werden, so haben sich die beiden genannten hohen Ministerien dahin geeinigt, daß in den erwähnten Fällen, wenn die Berichtigung der Intestirung oder des Vinkulums einer Staats-Obligazion, welche für eine Kirche, kirchliche Anstalt, Stiftung oder Pfründe lautet, nicht zur Folge hat, daß die Obligazion in das Eigenthum einer anderen Kirche, kirchlichen Anstalt, oder Pfründe übergehe, die irrige Intestirung oder Vinkulirung in der Weise sanirt werden könne, daß auf der Rückseite der Obligation durch eine entsprechende, von der betreffenden Vermögens-Verwaltung unterfertigte, und mit dem Kirchensiegel bestätigte Erklärung angedeutet werde, wie die Intestirung oder das Vinkulum richtig zu lauten habe. Sollte die Vermögens-Verwaltung durch die ihre vorgezeichnete Instruction nicht ermächtiget sein, auf eigene Verantwortlichkeit auf der Rückseite der Obligazion eine derartige Erklärung anzumerken, so erscheint es angezeigt, daß in den Inhalt derselben auch die erlangte Auctorisation aufgenommen werde.

Wovon das hochwürdige Konsistorium zur angemessenen Information der Kirchenvermögens-Verwaltungen und kirchlichen Pfründner in Kenntniß gesetzt wird.

Quæ Venerabili Clero Diœcesano in sequelam Decreti Excelsi C. R. Locumtenentialis Regiminis Leopoliensis ddto 24. Augusti a. c. N. 37049 pro notitia et directione communicantur.

Premisliæ, die 11. Octobris 1860.

Nro. 1983. Ad instantiam Eminentissimi Cardinalis et Archiepiscopi Pragensis Principis Schwarzenberg commendamus Venerabili Clero Diœcesano ephemerides literarias Viennæ prodeuntes sub titulo: „Katholische Literaturzeitung," quæ omnia notabiliora opera prelo edita, in sensu vero catholico scientificæ crisi subjiciunt, et in conventu Catholicorum Pragæ habito summis laudibus celebratæ sunt. Constant annuo pretio 12 fl.

Zaleca się czasopismo katolickie „Katholische Literaturzeitung."

Premisliæ die 6. Novembris 1860.

Nro. 2153. Excelsum C. R. Regimen Locumtenentiale ddto Leopoli 26. Octobris 1860 N. 51713 respectu subditorum regni Bavariæ in terris austriacis natorum et sepultorum disposuit sequentia:

Metryki chrztu i sepultury poddanych Bawarskich wolne są od stempla.

Laut hohen Erlasses des Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 5. Oktober l. J. Z. 14784. hat die kais. Regierung mit der königlich Baierischen das Uibereinkommen getroffen, daß die in jedem der beiden Staatsgebiethe vorkommenden ehelichen und außerehelichen Geburten, dann die Sterbfälle von Unterthanen des anderen Staates, der Heimaths-Behörde des betreffenden Individuums durch die Mittheilung eines unentgeldlich auszufertigenden Geburts- und beziehungsweise Todtenscheines bekannt gegeben werden.

Das Hochwürdige lat. Konsistorium wird aufgefordert, sämmtliche demselben unterstehenden Seelsorger anweisen zu wollen, bei Geburten von Kindern und bei Todtesfällen baierischer Unterthanen in ihrem Bezirke einen stempelfreien Geburts- beziehungsweise Todtenschein vom Amtswegen auszufertigen und an das hochwürdige lat. Konsistorium zur weiteren Vorlage an die k. k. Statthalterei zu überreichen.

Quæ Venerabili Clero Diœcesano pro notitia et stricta observatione communicantur.

Premisliæ, die 23. Novembris 1860.

Nro. 2420. In sequelam altæ Intimationis Excelsi C. R. Regiminis Locumtenentialis ddto 4. Decembris 1860 ad N. 63008 emanatæ, sequentes abhinc relationes periodicæ non sunt amplius exhibendæ:

Niektóre relacyje periodyczne odliadustaja

a) relatio de factis mutationibus religionis, seu de transitu a confessione acatholica ad catholicam et viceversa. Cessat quoque ordinatio quoad Judæos ddto 17. Septembris 1859 N. 1683.

b) Consignationes seu Extractus copulationis matrimoniorum mixtorum erga exarandas a parte acatholica de educandis prolibus in religione catholica, et

c) Consignationes status personalis conventualium a Superioribus conventuum exhiberi solitæ.

Premisliæ, die 7. Januarii 1861.

Nro. 2509. W skutek rozporządzenia P. Ministra Stanu z dnia 16. Grudnia 1860 do L. 4498/M. St. udzielone zostało pozwolenie dla sióstr: Anastazyi i Małgorzaty Terciarek Ś. Franciszka z Parmazanu zbierania składek w Galicyi na ubogie sieroty i opuszczone dzieci. Pozwolenie to trwać ma do końca Czerwca 1861 roku.

Składka.

Co niniejszem WW. Duchowieństwu do wiadomości się podaje.

Przemyśl, dnia 8. Stycznia 1861.

Nro. 2425. Omnibus et singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, præsentibus significamus. Quia Nos, post eliberationem Curati Brzostecensis AR. Joannis Samólewicz a munere Decani foranei Strzyżoviensis ad illius preces factam, nimis extensum Decanatum huncce in finem promptioris ac expeditioris munium Decanalium adimpletionis convenienter ordinare constituimus, uti per præsentes, habita insimul ratione recentis politicae Circulorum ac Districtuum regulationis, sequentem in modum ordinamus; Decanatus Strzyżoviensis complectetur septem Ecclesias parochiales:

Podział dekanatu Strzyżowskiego.

1. Strzyżów. 2. Czudec. 3. Połomia. 4. Niebylec. 5. Lutcza. 6. Futoma. 7. Błażowa; — quarum posteriores duae e Decanatu Krosnensi exscissae Decanatui Strzyżoviensi adjunguntur. Omnes hae septem Ecclesiae pertinent ad circulum Ressoviensem, Districtum Strzyżoviensem.

Decanatus Frysztacensis neo-erectus continebit octo ecclesias parochiales, quae omnes ad Decanatum hucdum Strzyżoviensem pertinebant, et in circulo Tarnoviensi, Districtu Frysztacensi sitae sunt scilicet:

1. Frysztak. 2. Dobrzechów. 3. Łączki. 4. Lubla. 5. Sieklówka. 6. Biezdziedza. 7. Gogolów. 8. Niewodna.

Decanatus Brzostecensis neo-erectus adscriptas habebit novem ecclesias parochiales, videlicet:

1. Brzostek. 2. Kołaczyce. 3. Brzyska. 4. Czermna. 5. Szerzyny. 6. Żurowa. 7. Olpiny. 8. Jodłowa. 9. Przeczyca.

Praeterea autem Ecclesia parochialis in Kombornia a Decanatu Rymanoviensi exscinditur, et Decanatui Krosnensi adjungitur.

Jam vero in Decanum for. Stryżoviensem Curatus Dobrzechoviensis AR. Felix Buchwald — in Decanum Frysztacensem Curatus Lublensis AR. Joannes Pietrzycki — in Decanum Brzostecensem vero Curatus Jodłoviensis AR. Joannes Kolbuszewski sub uno constituuntur.

Premisliæ, die 10. Januarii 1861.

Nro. 1902. Księgarz w Paryżu na Ulicy d'Amboise N. 20. nazwiskiem M. L. Migne ułatwia nabycie różnych dzieł Ojców ŚŚ. i innych teologicznych w łacińskim i francuskim języku, których bardzo obfity spis nadesłał, oświadczając się gotowym dać z nich te i tyle, które i ile kto zechce na obligi mszalne stósownie do liczby tych stipendiów czyli raczej obligi przyjętych. Oczywiście przezto ułatwione jest założenie bibliotek kapitulnych, Seminarialnych i Dekanalnych.

Dzieł OO. ŚŚ. i innych teologicznych za obligi na msze

śś. nabyć mo-
żna w Paryżu.

Chcąc korzystać z tej wspomnionego księgarza gotowości, wzywamy Przewielebnych Księży Dyecezalnych a osobliwie tych, którzy albo żadnych albo mało mają stipendiów lub oblig mszalnych, ileby każdy z nich w celu ułatwienia nabycia dzieł Ojców ŚŚ. i innych teologicznych dla Naszego dyecezalnego Seminarium chciał przyjąć. Robimy tylko tę uwagę, że przyjęte obligi w ciągu roku odprawione być mają — ad intentionem dantium in colore diei currentis z pierwszeństwem w myśli tylko danem tej intencyj, która przed Bogiem jest naglejsza. — Zostawiamy atoli wolność każdemu księdzu oświadczenia się, jeżeliby jakie dzieło na swoją własność chciał tym sposobem przez przyjęcie oblig nabyć. W tym razie musiałby to dzieło wyraźnie wymienić, i przyjąć tyle oblig, ileby księgarz wspomniony w cenie za to dzieło wyznaczył. Im większą liczbę przyjętych oblig z Dyecezyi otrzymamy, tem więcej pożytecznych dzieł do naszego Seminarium sprowadzić będziemy w stanie. A wyż wspomniony księgarz żadnej liczby przyjętych oblig się nielęka, bo ich ma tysiące do rozdania.

Opłata sprowadzenia dzieł zamówionych należeć będzie od granicy francuskiej do tego, kto je sobie zapisze.

Życzymy sobie przytem, żeby Przewielebni Księża Dyecezalni przez Przewielebnych dotyczących swych księży Dziekanów jak najspieszniej liczbę przyjętych oblig Nam nadesłać starali się.

Z Konsystorza Przemyskiego obr. łac.

Przemyśl, dnia 7. Stycznia 1861.

ADAM,
Biskup.

Wojciech Harmata,
Kanclérz.

Drukiem L. D. Stœgera dzierżawcy drukarni Jasielskiej 1861.

[dod. 1]

EX DECRETO

Sacrorum Rituum Congregationis Authoritate Ssmi Dni Pii PP. IX. die 10. Februarii 1860. edito:

I. Canone Missæ post mentionem factam Romani Pontificis & Episcopi Diœcesani adjiciatur: *Et pro Imperatore Nostro N.*

II. In singulis per annum Missis vel solemnibus vel parochialibus, diebus tamen, quibus per rubricas licebit, sequens addatur pro Imperatore Collecta:

COLLECTA PRO IMPERATORE:

Oratio.

Quæsumus Omnipotens Deus, ut famulus Tuus N. Imperator Noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus vitiorum monstra devitare, hostes superare, et ad Te qui via, veritas et vita es gratiosus valeat pervenire. Per Dominum &c.

Secreta.

Munera, Domine, quæsumus oblata sanctifica, ut et nobis Unigeniti tui corpus et sanguis fiant; et Imperatori Nostro ad obtinendam animæ corporisque salutem, et peragendum injunctum officium, Te largiente, usquequaque proficiant. Per Dominum &c.

Postcommunio.

Hæc Domine Oblatio salutaris famulum tuum N. Imperatorem Nostrum ab omnibus tueatur adversis, quatenus et Ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatem, et post hujus temporis decursum ad æternam perveniat hæreditatem.

In Missis solemnibus ad intentionem Imperatoris vel alias pro publica Imperii salute celebratis, insuper post ultimum Evangelium, vel quando cantatur Hymnus „Te Deum" post decantatum Hymnum cantetur:

℣. *Domine salvum fac Imperatorem Nostrum N.*

℟. *Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.*

Oratio.

Quæsumus &c.

III. In Missa Præsanctificatorum feria VI. in Parasceve inter Orationem pro cunctis Ecclesiæ Ordinibus et aliam pro Catechumenis hæc pro Imperatore dicatur:

Oremus et pro gloriosissimo Imperatore Nostro N. ut Deus et Dominus Noster det illi sedium suarum assistricem sapientiam, qua populum sibi commissum gubernet in omni justitia et sanctitate ad divinam gloriam et nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamas genua. ℟. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus qui regnis omnibus æterna potestate dominaris respice ad Austriacum benignus Imperium, ut et Imperator juste imperando, et populus fideliter obediendo ad gloriam tui nominis et Regni tranquilitatem unanimi pietate conspirent. Per Dominum &c.

IV. Præconium Paschale Sabbatho Sancto hac ratione concludetur:

Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos omnemque Clerum et devotissimum populum una cum Beatissimo Papa Nostro N. et antistite Nostro N. nec non gloriosissimo Imperatore Nostro N. quiete temporum concessa, in his paschalibus gaudiis assidua protectione regere, gubernare et conservare digneris. Per Dominum &c.

V. In Litaniis Sanctorum, cum deventum fuerit ad preces, inter versiculum — Ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ &c. — et alium — Ut regibus et Principibus &c. addatur. ℣. *Ut Imperatorem Nostrum custodire digneris.* ℟. Te rogamus audi nos. Item post Psalmum: Deus in adjutorium &c. dicto versiculo: Oremus pro Pontifice Nostro N. ℟. Dominus conservet &c. illico subjungatur: *Oremus pro Imperatore Nostro N.* ℟. *Domine salvum fac Imperatorem et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.* — Denique absolutis precibus immediate post Orationem pro Papa adjiciatur Oratio pro Imperatore: *Quæsumus Omnipotens Deus &c.*